

sens, vel aliter impeditus; alter enim supplicatio censetur deserta. Hac omnia colliges ex leg. 1. & 2. tit. 19. lib. 4. Recop. & quo ordine fulminandus sit processus determinatur in tit. 9. lib. 4. Recop. & tunc supplicatio fit forma sequenti.

FORMA SUPPLICATIONIS.

M. P. S.

4. Pedro Diez, en nombre de Hernan Rodriguez, digo: que la sentencia dada en vista por V. A. hablando con el acatamiento debido, es ninguna, y do alguna injusta, y muy agravada por todas las razones de nulidad, y agravio, que del proceso resultan, y se pueden colegir: y porque no fue dada a pedimento de parte ni contra parte, en tiempo ni en forma. Lo otro, por que debiendose confirmar la sentencia dada por el Theniente de Salamanca, fue revocada. Lo otro, por tal y tal causa, que alego de nuevo, &c. Por ende, sintiendome agraviado, suplico de la dicha sentencia parrate ante V. A. y pido y suplico la mande revocar, confirmando la sentencia dada por el dicho Theniente, y para ello, &c.

RESPUESTA A LA SUPPLICACION.

M. P. S.

5. Alonso Sanchez, en nombre de Geronymo Hernandez, digo: que la supplicacion presentada por parte de Hernan Rodriguez, de la sentencia, que V. A. dió en favor de mi parte, no ha lugar de derecho, ni de ello se suplico por parte, ni contra parte, y la dicha sentencia era pasada en cosa juzgada; y en caso que lo fudodicho cessara, que no cessá, digo: que la dicha sentencia es válida, justa, y legitimamente dada, y por tal debe ser confirmada, y así lo suplico a V. A. o que de los mismos Autos mande dar otra tal, que, como quier que sea, mande librar su Carta Executoria, lo qual se debe hacer por lo siguiente: Lo primero, porque la dicha sentencia es tal, qual dicha tengo, y se dió a pedimento de

parte y contra parte, en tiempo y en forma, ma, y no tiene nulidad, ni cosa de lo contrario alegado. Lo otro, no obsta lo nuevamente alegado; porque a ello se satisfice en la manera siguiente, &c. Por ende a V. A. pido, y suplico, que sin embargo de lo en contrario dicho, y alegado, lo qual no consiste en hecho, ni ha lugar de derecho, haga segun de suyo pedido tengo, y para ello, &c. *innovatione cessante*, concludyo.

6. Oblata hac responsione sine replica, & duplica, concluditur ad probationem: & Judices recipiunt partes ad probandum, si pars supplicans se obrulit probationi, & aliquid de novo allegavit, alioquin partes non recipiuntur ad probationem, nisi in illis tribus casibus supra notatis post libellum responsorii appellati: & tunc in ista instantia supplicationis proceditur eodem modo, & forma, qua diximus supra in hac secunda instantia appellationis, & fit publicatio testium, & concluditur ad diffinitivam, que profertur modo sequenti.

SENTENCIA DIFINITIVA EN REVISTA.

8. En el pleyto entre partes, de la una Hernan Rodriguez supplicante, y de la otra Geronymo Hernandez, y sus Procuradores, &c.

9. Fallamos, que la sentencia en este pleyto dada por alguno de Nos los Oydores de esta Real Audiencia, de que por el dicho Hernan Rodriguez fue suplicado, es buena, y juridicamente dada, y pronunciada, y así la debemos confirmar, y confirmamos en grado de revista: y condenamos en costas al dicho Hernan Rodriguez: así lo mandamos, y pronunciamos, juzgando.

9. Prædicta sententia intimatur utrique parti, nec ab ea cundum supplicari poterit ad eisdem Judices, quia non licet tertio provocare: (b) 10. femel enim supplicare licet, tam de *jure communi*, quam *Regio*, (c) nisi duæ sententia confirmatoria ab Inferioribus essent lata, & postea confirmata, ut in leg. 5. tit. 17. lib. 4. Recop. in duobus tamen casibus licet secundo supplicare ad eisdem Judices, quos congerit Monterrosius. (d) *El primero es quando*

en

en la sentencia de Revista buvo nueva condemnation, o declaracion sobre nuevo pedimento, o buvo caso omitido, sobre el qual no se havia sentenciado. El segundo es, si despues de dada la sentencia de Vista, se opuso alguno por su interese, o fue nuevamente llamado al pleyto; porque en tal caso este tercero opositor, o el llamado podrá muy bien suplicar de la sentencia de Revista, y lo mismo podrá hacer su parte contraria: pues respecto de los que salen, la tal sentencia es en Vista. Y lo mismo se practica en algunos pleytos de acreedores, quando salen al pleyto, despues de dada la sentencia de Vista; porque quanto a ellos la sentencia de Revista es en Vista.

Pero la practica, que en estos casos se tiene, es diferente, porque en el primer caso, que es quando buvo nueva condemnation, o declaracion sobre nuevo pedimento, o caso omitido, sobre que no se huviese sentenciado en Revista, si la otra parte pide Executoria, suele proveer el Semanero, que se le dá en aque-llo, que está sentenciado en Revista, y que sobre lo demás se profiga el pleyto: y así de lo sentenciado se libra Carta Executoria. En el segundo caso, que es quando hay opositor alguno, o llamado, no se suele dar Carta Executoria, basta que se sentencie en Revista con todos; pero en los pleytos de acreedores, si alguno sale despues de dada la sentencia de Vista, sentenciándose el tal pleyto en Revista con los primeros, y en Vista con este que salió, si se pide Carta Executoria, se manda llevar el pleyto a la Sala, y allí se suele dar Auto, en que se manda librar la Carta Executoria con los que la sentencia fue dada en grado de Revista, dando fianza, que si pareciere, que el acreedor, que nuevamente salió, o otra persona tuviere mejor derecho, que el que pide la Carta Executoria, restituirá todo lo que por virtud de ella cobrará.

12. In reliquis verò causis non erit locus secundæ supplicationi, nisi quando causa per novam litem fuerit cepta in Consilio Supremo Regio, vel in Chancelleriis fuerint duæ sententia diffinitiva, nempe, de Vista, y Revista lata, & causa fuerit ardua, & magnæ quantitatis: nam tunc poterit secundo supplicari adiplammet personam Regiam, cum poena mille quingentarum duplarum; de qua tamen secunda supplicatione paulo inferius latius erit agendum, quia quotidie in praxi fit offert. Supradictus tamen modus procedendi in ista instantia appellationis, & supplicationis observatur in Chancelleriis, & Audientis Regalibus, & in Supremo Consilio Regio; sed quia aliquando appellatio non potest interponi ad Chancellerias, sed interponi debet ad Consistorium, ut diximus supra, (e) ideo oportune dicendum erit de praxi interponendi appellationem ad Decuriones Civitatum, & Locorum.

EX CAPITULO TERTIO.

SUMMARIUM.

- 1 **S**tylus, qui servatur in interponenda appellatione ad Decuriones.
- 2 Appellatio non admittitur jure Regio in causis non excedentibus summam quatuorcentorum marapetinarum, & in eis proceditur summarie, simpliciter, & de plano absque aliquo libello, sola facti veritate attenda.
- 3 Appellatio in causis non excedentibus summam decem millium marapetinarum interponi debet ad Consistorium Loci, præter aliquos casus exceptos.
- 4 Appellatio, quando interponitur ad Consistorium, debet intra quinque dies computandos à die notificationis sententia interponi.
- 5 Appellans ad Consistorium debet se presentare coram eo intra quinque dies concessos ad appellandum.
- 6 Forma presentationis in Consistorio in causa appellationis.
- 7 Decuriones duo nominantur in Consistorio, ad decidendam causam appellationis coram eo interpositam.
- 8 Consistorium nolens Decuriones deputare ad decidendam causam appellationis, punitur unusquisque ex Decurionibus poena decem millium marapetinarum, & privatione sui officii.
- 9 Appellans ad Consistorium tenetur causam concludere intra tringinta dies numerandos à die interpositæ appellationis.
- 10 Decuriones tenentur sententiam proferre intra decem dies, postquam conclusum fuerit in causa appellationis, alias puniuntur in expensis, & in poena decem millium marapetinarum applicanda parti requirenti, & insuper in summa cause, à qua fuit appellatum.
- 11 Sententia lata à Decurionibus, post quadraginta quinque dies instantia appellationis ad Consistorium interposita, est nulla.
- 12 Decuriones debent secum assumere Assessorum ad proferendam sententiam, & Assessor ad Decurionibus assumptus debet communicare sententiam proferendam cum Judice à quo.
- 13 Appellatio non admittitur à sententia

la-

(b) Ut in tit. Cod. Ne liceat tertio provoc. & probat text. in cap. Sua, de Appell. & leg. 25. tit. 23. Part. 3. & leg. 5. tit. 17. & leg. 2. tit. 19. lib. 4. Recop. & tradit Hyppol. in leg. Extra territorium, n. 49. ff. de Jurisdic. omni. judic. & in leg. unica, n. 160. Cod. de Rapt. virgin. & Paul. Paris. coal. 109. n. 15. vol. 4. & Dec. in cap. Sua nobis, n. 13. Extra de Appell. & Gregor. Lup. in leg. 4. & 6. tit.

24. Part. 3. & Marant. de Ordin. judic. 6. part. act. 2. n. 269. & Didac. Perez in leg. 8. tit. 4. lib. 2. Ordin. Ducen. in reg. 50.

(c) Juxta text. in leg. Si quis adversus, & ibi Bald. Cod. de Presb. Imper. offeren. & in leg. 4. tit. 24. Part. 3.

(d) In sua Pract. in 5. Tractat. fol. 84. cap. 3. in fin. 1. pag.

(e) In expositione libelli appellationis, in vers. Diximus: para ante los Señores Presidente, &c.

lata à Decurionibus in causa appellationis.

14 *Affesor non tenetur communicare sententiam cum Judice à quo, quando venit confirmanda à Decurionibus.*

15 *Sententia revocatoria in causa appellationis ad Consistorium interposita forma.*

16 *Decuriones non possunt cognoscere de majori summa decem millium marapetinarum, nisi ex consensu tacito, vel expresso.*

17 *Sententia Decurionum lata super majori summa decem millium marapetinarum non valet usque ad illam summam.*

18 *Regula juris, quod utile per inutile non vitiatur procedit in dividuis, non etiam in individuis.*

CAPUT TERTIUM.

DE PRAXI INTERPONENDI appellationem ad Decuriones.

1. **A**tento Jure nostro Regio, nulla appellatio admittitur in causis non excedentibus summam quatuorcentorum marapetinarum; 2. sed in eis *summarie*, simpliciter, & de plano absque aliquo libello, sola veritate attenda, procedi debet, nisi in causis, & poenis alicujus Ordinationis Loci agentis de administratione ejusdem Loci, quia in illis *ordinarie* proceditur, & appellatio admittitur, ut expressè cavetur in leg. 19. tit. 9. lib. 3. Recop. quod tamen intellige verum, nisi condemnatio ex prædictis Ordinationibus sit summa millium marapetinarum, & infra: nam tunc licet appellatio admittatur, ut in dict. leg. 19. tamen appellatione non obstante, condemnatio exequi debet, & postmodum appellatio profequi, ut expressè cavetur in leg. 9. tit. 18. lib. 4. Recop.

3. At verò in causis excedentibus dictam summam quatuorcentorum marapetinarum, & usque ad summam decem millium marapetinarum appellatio admittitur, & debet interponi ad Consistorium Loci, ut expressè cavetur in leg. 7. tit. 18. lib. 4. Recop. quod est verum, si ibi vigeat consuetudo appellandi ad Consistorium, ut dict. leg. 7. expressè dicit: noli enim lex illa præjudicare Judicibus appellationum deputatis in aliquibus Locis Dominorum particularium, vel Regis ad cognoscendum de appellationibus: nam tunc ad eosdem Judices appellationum, & non ad Consistorium erit appellandum, nisi consuetudo sit in contra-

rium, ut inquit prædicta lex 7. (a) exceptis aliquibus causis, nempe, quando sententia profertur in locis distantibus ab Audientia Regia octo parasangis: nam tunc ad eandem Audientiam appellandum est, ut in dict. leg. 7. Similiter, quando la sententia se dà por los Alcaldes Ordinarios en los Adelantamientos de Castilla, Leon, y Campos, de seis mil maravedis, y de ai abaxo, no se apela para el Regimiento, sino para los Alcaldes Mayores de los Adelantamientos, ut in leg. 76. tit. 4. lib. 3. Recopil. Ansimismo la apelacion de las sentencias, en las causas que se comienzan ante los Alcaldes Mayores de los dichos Adelantamientos de seis mil maravedis y de ai abaxo, vò à las Chancillerias, y no à los Consistorios, ut in leg. 49. tit. 4. lib. 3. Recop. Præterea appellatio à sententia definitiva in causis criminalibus, cujus condemnatio est pecuniaria, & parti applicanda, etiam si sit summa sex millium marapetinarum, & infra, interponi debet ad Judices Criminis existentes in Cancellaria Regia, & non ad Consistorium, ut expressè cavetur in leg. 8. tit. 18. lib. 4. Recopil. quanvis Bernard. de Bigel (b) contrarium observet. (c)

4. Et advertet, quod in causis, in quibus ad Consistorium appellandum est, interponi debet appellatio *intra quinque dies* connumerandos à die notificationis sententiae, ut expressè disponitur in dict. leg. 7. & debet concipi, & porrigi eodem pacto, quo supra annotavimus, (d) *mutatis mutandis*, nam quatenus ibi dicitur: *Apelo para ante los Señores Presidentes, y Oydores, &c.* in hac appellatione dicitur: *Apelo para el Ilustre Consistorio.* 5. Deinde appellans debet se præsentare in Consistorio intra illos quinque dies concessos ad appellandum, ut expressè probat text. in dict. leg. 7. ibi: *Luego que por el apelante fuere requerido dentro de los dichos cinco dias, &c.* & postmodum appellans porrigit libellum presentationis ad Consistorium coram Tabellione ejusdem Consistorii, cum titulo congruenti dignitati Consistorii, secundum Stylum Regionis, forma sequenti.

FORMA PRÆSENTATIONIS in Consistorio.

Muy Ilustres Señores.

6. „ Fulano, en nombre de Fulano, me
„ presento en grado de apelacion ante vue-

„ tras Mercedes de una sentència, que el Señor Teniente de esta Ciudad dio contra mi parte, y en favor de Fulano, en la qual se me hizo agravio. Por ende suplico à vuestras Mercedes manden nombrar dos Cavaleros de este fu Consistorio, para que me desagravien, y hagan justicia, y para ello, &c.

7. Oblata hac petitione in Consistorio legitur à Tabellione ejusdem Consistorii, & tunc nominantur ibi duo Decuriones, qui jurant quod bene, & fideliter causam decident, daturque à Tabellione Consistorii testimonium de hoc cum Decurionibus deputatis parti appellanti, & istud testimonium ponitur in processu cause: & si Consistorium noluerit Decuriones deputare, unusquisque ex Decurionibus puniri debet poena decem millium marapetinarum, privarique debent suis officiis, ut expressè cavetur in leg. 7. tit. 18. lib. 4. Recop. 8. & ista secunda instantia agitari debet coram Tabellione cause, coram quo agitata fuit in prima instantia, qui Tabellio statim tenetur deferre processum *originaliter* Decurionibus, juxta text. in leg. 9. tit. 25. lib. 4. Recop. & dict. leg. 7. tit. 18. eod. lib. 4. Recop. & tunc appellans porrigit libellum gravaminum, & interrogatorum: procediturque in hac instantia sicuti diximus in secunda instantia agitata coram Auditoribus: 9. & appellans tenetur concludere causam ad definitivam *intra triginta dies* connumerandos à die *interposita appellationis*. Itaque, si in prima die quinque dierum concessorum ad interponendam appellationem appellavit, tunc triginta dies incipiunt currere ab illa die appellationis; si vero in ultima die quinque dierum appellavit, tunc triginta dies incipiunt currere ab illa ultima die: (d) & sic appellans habet quinque dies ad appellandum, & *triginta* ad probandum, & ad profequendam appellationem, ut expressè cavetur in dict. leg. 7.

10. Deinde Decuriones deputati tenentur *intra alios decem dies* sententiam proferre; alioquin si intra dictum terminum non protulerint, puniri debent in expensis, & in poena decem mille marapetinarum applicanda parti requirenti, & insuper debent solvere summam causæ, à qua fuit appellatum: quam poenam Corrector, seu Judex Loci illicio debet executioni mandare; alias si ita non fuerit exe-

cutus, eandem poenam cum quadruploolvere debet Fisco, & in syndicato poterit ei poni pro capitulo, ut expressè disponitur in dict. leg. 7. quam tamen poenam Decuriones deputati incurunt, si prius à parte fuerint requisiti, ut sententiam proferant intra terminum juris. (e) Unde constat, hanc instantiam Consistorii terminandam esse intra quadragintaquinque dies; hodie autem *praxis* observat, quod licet tres, vel quatuor dies solummodo supersint Decurionibus ad prolationem sententiae, sufficiunt tamen, & poterunt pronuntiare intra illos tres, vel quatuor dies, nisi stylus aliter se habeat. 11. Ceterum sententia lata à Decurionibus deputatis post illos quadragintaquinque dies, est nullius momenti, (f) quod procedit, etiam si ex consensu partium sententiam proferant. (g)

12. Et advertet, quod in hac instantia Consistorii Decuriones deputati debent simul procedere, & cognoscere cum Judice, à quo fuit appellatum, & Assessor secum Assessorem Litterarum, qui Assessor tempore prolationis sententiae secreto debet communicare sententiam cum Judice Ordinario, à quo fuit appellatum, quando prima sententia fuerit revocanda, vel in aliquo emendanda; & si non se concordent in pronuntiando, tunc Decuriones ambo simul cum suo Assessore proferunt sententiam: revocando, vel emendando primam Judicis Ordinarii, & in fine ejus omnes se subscribunt; 13. & ista sententia lata à Decurionibus exequi debet per Judicem Ordinarium sub poena viginti mille terentiorum, nec ab ea admittitur appellatio juxta text. in dict. leg. 7. (b) 14. quando verò sententia Judicis Ordinarii venit confirmanda, Assessor non communicat cum Judice Ordinario, sed *de per se* proferet sententiam cum uno, vel ambobus Decurionibus, & postea Ordinarius ei se subscribit: & sententia revocatoria concipitur, forma sequenti.

SENTENTIA REVOCATIVA.

„ Visto este proceso, &c.
15. „ Fallamos, atento lo nuevamente
„ alegado, y probado, que la sentència en
„ este proceso dada, y pronunciada por el
„ Señor Teniente de esta Ciudad en favor de
„ Fulano, y contra Fulano, que la debemos
„ revocar, y revocamos; en consecuencia de
„ lo
„ Nn

(a) Ita resolvit Azev. in leg. 4. cap. 6. n. 61. in Tract. de Cur. Pifana.

(b) Sub tit. de Appellat.

(c) Cujus observantiam invenies in sine Volum. Decis. Rotæ, fol. 85. col. 4.

(d) In ista instantia in cap. de Forma appellationis.

(d) Ita firmat Paul. Castrensi. in leg. Si quis heres II. ff. de Acquir. hered. n. 7. & Avil. cum pluribus ab eo relatis in forma secreta syndicationis, in art. 49. in gloss. verb. *Condenar*; n. 15. & Peralt. in leg. *Statu liber*. 6. *Stichum*; n. 4. ff. de Legat. 2. & Acev. post hanc editionem Tract. de Curia Pifana, lib. 4. cap. 6. n. 93.

(e) Ita firmat Panorm. in cap. *Penerabilis*, n. 19. de *Jud.*

& Avil. ubi supr. n. 16. Didac. Perez in leg. 6. tit. 16. lib. 3. Ordinar. col. 1293.

(f) Ut firmat Alex. conf. 82. n. 1. vol. 3. & conf. 24. col. 1. lib. 6. Abb. conf. 16. vol. 2.

(g) Ut resolvit Avil. ubi supr. n. 5.

(h) Et resolvit Avil. ubi supr. n. 4. & 18.

lo qual decimos, que debemos absolver, y absolvemos al dicho Fulano apelante de lo contra el pedido, y demandado. Ansi lo pronunciamos, y mandamos por esta nueftra sentencia, sin costas, juzgando.

16. Circa prædictam leg. 7. tit. 18. lib. 4. Recop. erit videndum, an Decuriones possint cognoscere de majori summa decem mille marapetriorum: in quo articulo dicendum est, Decuriones non posse, (i) nisi ex consensu tacito, vel expreso; (j) hujus contrarium re-

solvit Joan. Gutierrez, (k) & Azevedus. (l) Similiter sententia Decurionum lata super majori summa decem mille marapetriorum non valet usque ad illam summam. (m) Nec obstat text. quod *utile per inutile non debet vitari* (n) nam ibi procedit in rebus dividuis, non autem in individuis, (o) ut est iudicium: (p) 18. quod est verum, nisi sententia contineat diversa capitula: nam tunc in capitulis non excedentibus summam, de qua Iudex cognoscere potest, sententia valet, & tenet. (q)

(i) In leg. fin. ff. de Jurisdic. omni. jud.

(j) Ut in leg. de Qua re, §. Iudex, ff. de Juri. & ibi Paul. Caltren. in fin.

(k) In Tract. de Juram. confirm. 3. part. cap. 5. n. 10.

(l) In Tract. de Curia Filana, lib. 4. cap. 6. an. 30.

(m) Secundum glossam fin. in leg. fin. Cod. de Re judicat.

(n) Ut in leg. Sancimus, Cod. de Donat.

(o) Secundum Bartol. receptum communiter in leg. fin. ff. de Jurisdic. omni. jud.

(p) Ut in leg. in hoc iudicio, ff. Famil. erisc.

(q) Arg. text. in leg. Etiam, §. 1. ff. de Minor. & Joff. ibi num. 17.

FINIS SEXTÆ PARTIS HUIUS PRIMI TOMI.

SEPTIMA PARS,

HUIUS PRIMI TOMI.

DE FORMA, ET MODO PROCEDENDI
in secunda supplicatione cum poena mille quingentarum duplarum.

EX CAPITE UNICO SUMMARIÆ.

1 **S**umma, & divisio tractatus secunda supplicationis.
2 Supplicationis secunda definitio.
3 Supplicationem secundam qua persona interponere possint.
4 Supplicatio secunda non est admittenda à procuratore non habente speciale mandatum ad eam interponendam.
5 Procurator habens mandatum non potest aliquid facere, ex quo dominus ejus ad poenam obligetur.
6 Procurator habens mandatum ad lites, & causas, & ut possit appellare à quacunque sententia, non poterit appellare ab executione, nisi habeat speciale mandatum ab ea appellandi.
7 Quorvis procurator ad omnia, qua speciale mandatum requirunt, constitutus sit, secundam supplicationem interponere non poterit, etiam si in mandato expressum sit, quod de calumnia, & veritate dicenda juret.
8 Si procuratori in mandato datur facultas aliquid agendi, ex quo major poena mille quingentarum duplarum incurri possit, tunc admit-

tetur, etiam ad interponendam secundam supplicationem.

9 Procurator non admittitur ad interponendam secundam supplicationem, etiam si in mandato expressum sit, quod eam interponere possit, & dominum poena subdere, nisi persona adversa, & causa in mandato specificentur.

10 Procurator ab executione appellare non potest, absque speciali mandato ab ea appellandi.

11 Procurator constitutus, etiam cum libera, & generali administratione honorum, secundam supplicare non poterit.

12 Si legitimus procurator ad interponendam secundam supplicationem intra viginti dies non doceat de mandato, ad hoc ejus mandatum sufficet, & supplicatio admittenda est, si postea doceat.

13 Procuratori, qui in præfixo sibi termino adversus electum crimina objecit, non nocet, quod intra illum terminum de mandato propter oblivionem non docuerit, dum tamen illud postea producat.

14 Procurator certioratus de mandato, licet illud non receperit, pro mandante agere poterit.

15 Certificatio mandati, & non ejus receptio, seu presentatio opus est, ut quis officium procuratorium exercere valeat.

16 Quando quis litigat, tanquam procurator, & non produxit mandatum, quod re vera habebat, valet iudicium, si producat, parte adversa petente.

17 In dubio an appellatio sit deserta nec ne, desertam non esse, pronuntiandum est.

18 Ponderatur leg. 1. tit. 20. lib. 4. Recopil.

19 Conjuncta persona absque mandato speciali non admittenda, ad interponendam secundam supplicationem.

20 Conjunctus non admittitur ad ea, qua speciale mandatum exigunt, sine illo.

21 Si conjunctus ratam habeat intra viginti dies supplicationem à conjuncto interpositam, & cetera qua circa eam fecit, secunda supplicatio locum habebit.

22 Supplicationi secunda locus est in causis ceptis in Consilio Regio, & Chancellariis.

23 Per novam litem, & petitionem, & non alio modo, debent cause incipere in Regiis Consiliis, & Chancellariis, in quibus locum habeat secunda supplicatio.

24 In casibus Curia dicitur cepta petitio in Consilio, seu Chancellariis.

25 Verba leg. Regie civili modo intelligenda.

26 Si causa de facto incipiat in Consilio Regio, seu Chancellariis, habebit etiam in ea locum secunda supplicatio, secundum Avendan.

27 A sententia confirmatoria lata per Consilium Supremum, per quam confirmata est, que lata fuit à Judicibus Curie Alcaides de Corte, non posse secundo supplicari praxis observat, licet Gregor. Lupo aliud de jure videatur.

28 Caute Advocati consulunt clientulis, ut reos coram judicibus Curie conveniant, ut secundam supplicationem evitent.

29 Reo convento coram inferiori Judice, & litem præ timore leg. contestante, & prosequente declinatoriam, usque quo causa ad Supremos Consiliarios remittatur, poterit apud eos locum esse secunda supplicationi, non obstante lite contestata coram inferiori.

30 Per litem contestationem coram Judice competentis factam, non dicitur lis ibi cepta.

31 Prescriptio non interrumpitur per litem contestationem coram Judice incompetenti.

32 Litis contestatio invalida non excludit terminum dilatoriarum, nec jurisdictionem perpetuat.

33 Supplicationi locum non esse, contra Avendan. verius videtur, in causa, cujus petitio cepta fuit coram inferiori Judice, & deinde per appellationem, aut remissionem ad Curiam causa fuit devoluta, & ibi retentus processus, & prima, & secunda fertur sententia.

34 Secunda supplicatio non est admittenda, quam interponit is, qui habet privilegium, ut in Curia conveniri debeat, & conventus coram inferiori Judice litem contestatus est, cujus jurisdictionem ad ejus petitionem Superiores postea sibi advocarunt, nisi coram Inferiori conventus protestationem obtulit.

35 In causa cepta coram Supremis Ordinum Consiliariis non esse locum supplicationi, verius videtur, & ita præficatur.

36 Consilium Ordinum non est Regium.

37 Hispaniarum Rex perpetuus est Militarium trium Ordinum Administrator.

38 In causis ceptis in Audienciis Gallecie, & Canarie non est locus secunda supplicationi, & quid in Audiencia Hispanensi observetur, traditur.

39 In causis Nobilitatis agitatis coram Judicibus Nobilitatum, non admittitur secunda supplicatio.

40 Nobilitas genere, vel tempore acquirenda, non estimatione nummaria.

41 Secunda supplicatio admittenda, etiam in causis ceptis in Consilio de Contaduria.

42 Consilium de Contaduria Consilium Supremum dicitur.

43 Consilium de Contaduria super vectigalibus, gabellis, & redditibus Regiis judicat.

44 Expenditur leg. 5. tit. 12. lib. 2. Recopilat.

45 Exclusio generalis remediatorum intelligitur de his, qua jure ordinario competunt, & non extraordinario, & speciali.

46 Lex exclusiva remediatorum loquens per verbum universale Nullum, non censetur excludere remedium speciale alia lege indutum.

47 Dispositum in leg. 5. tit. 12. lib. 2. Recop. quid operetur.

48 In causis ceptis coram Judice, vulgo dicto de Vizcaya, admittitur secunda supplicatio.

49 In causis inchoatis in Audienciis Indiarum admittitur secunda supplicatio.

50 Audiencia Indiarum suas proprias habent Ordinationes, & quando in eis aliquid non reperitur decium, recurritur ad modum procedendi, qui Pincia, & Granata observatur.

51 In Audienciis Indiarum interposita secunda supplicatione, non supercedetur executioni; prout in Hispania.